



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Mendacij species secundum Augustinum sunt octo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Mendacij species secundum
Augustinum sunt
octo.*

Prima est in doctrina religionis, quæ est contra fidem, uel bonos mores, quæ summè fugienda est, ad quam nulla causa quisquam debet adduci. Secunda est, quæ nulli prodest & alicui obest. Tertia est, prodest uni, & obest alteri. Quarta est, quæ fit in sola mentiendi, fallendique libidine, quod est merum mendacium, sicut dicit P. Augustinus. Quinta est, quæ fit cupiditate fallèdi de suauiloquio. Sexta est, quæ nulli nocet, & alicui prodest ad paciètiã eius seruandã. Septima est, quæ nulli nocet, & alicui prodest ad uitã corporis seruandã. Octaua est, quæ nulli nocet, & ad hoc prodest ut ab immunditia corporis aliquis tueatur. Tres primæ species sunt mortalia peccata, si cum deliberatione dicantur. Quinque aliæ sunt peccata uenialia, nisi adsit aliqua circumstantia, quæ eas faciat mortalia.

Augus.

Augus.

Augus.

